

Aristoph. in Vespis. *opposuit, et Aristophanes inter regios pisces retulit. Athenaeus ἔχυλον, πολύχυλον, γλίχεον, δύσφαγτον, πολύτροφον, et βρητικὸν facit, quae sequuntur transposita esse, ut Rondele-*

tius observavit, videntur, qui enim potest aliquid esse γλίχεον et ὑπεπτόν, glutinosum, et concoctu facile. Philotimus tamen inter durae carnis pisces reposuit. Galen. de Alim. l. 3. c. 30.

ARTICVLVS VI.

De Synodonte five Dentice.

TAB. XVIII. *Synodon pisces παρὰ τὰς ὁδόντας nomen invenit, quod si prima syllaba per iota scribatur, παρὰ τὸ σινεθαῖς νοὶ Βλάπτεν τοῖς ὁδέσσιν, quod dentibus noceat, ita vocatur. Gaza Denticem, Albertus Dentatum, alii Dentalem nominavere. Plinius Graecam nomenclaturam retinuit. In Adriatico mari in insignem magnitudinem ex crescere; in littore Auratam non superat. Vulgarium pondus trium aut quatuor librarum esse solet: decem librarum pondere observavit Salvianus. Dorsum habet repandum; latera satis compressa. Caput non nihil fastigiatum, in quo lapides, qui *Synodontides* vocantur, gerit; rostrum acutum, Os satis amplus, valdeque denticulatum, praeter minores ac ferratos, superior maxilla quinis aliis, inferior octonis permagnis, caninis simillimis armatur. Oculi sunt magni, branchiae utrinque quaternae. In dorso pinna unica viginti aculeis munitur. Cauda est falcata. Venter argenteus, unde album Numenius vocavit: latera et dorsum ex albore rubent. Unde ruber Ovidio, ἐρυθρόποντος Epicharmo.*

Plin. H. N. l. 37. c. 10. *Aldrovandus duos alios forte congeneres huic addit; quorum prior tergus viride, Synciput aureum, branchiarum ossa violacea. Alteri os intus et extra subatum, supra id macula caerulea: sub branchiarum pinnis macula insignis, pur-*

puraceis, aureis decorata squamis. Venter flavus; squamæ argenteae.

Pelagium quidem Columella facit cum Ovidio, sed Aristoteli et Oppiano, quibus littoralis est, suffragantur piscatores. Probantur ex Dalmatia et Illyrico, praesertim Salana atque Tragurio. Columella Punicas et indigenas nominat.

Columella l. 8. c. 16. Aristot. H. A. l. 8. c. 13. Oppian. Ha- lieut. l. 1. v. 170. Aristot. H. A. l. 8. c. 2. *Carne tandem vescitur, et tanta cum aviditate, ut ventriculus in os procidat. Polypi carne in primis delectatur, quem cum e cubili suo extrudere non possit, ante ostium tanquam mortuus fluctuat, brachium extendentem, arripit, sed et in ostrea ac pisces innoxios grassatur: nec Boce, quod ab Oppiano proditum, parcit. Gregales sunt, et συναγελάζεθαι πατθεῖ λαμπτανεῖσιν solent: per adolescentes πατθεῖ λαμπτανεῖσιν separatim a reliquis natant. ἐντελέσεροι παλιν ποιοῦν; firmatori aetate inter se vitæ communitate junguntur. Cibo a piscatore demisso, in orbem consistente, et signum quasi eo arripiatur, dant.*

Oppian. Ha- lieut. l. 3. v. 185. *Ab Antiphone inter lautissima obfonia recensentur. Hicesius copiofi esse alimenti, et difficulter excerni scribit. In Italia peculiare condimentum quod amarinare vocant. In Dalmatia concitus et semicoctus multo croco et perspicuo gelu conditur, detestatum Aponelli obsonium.*

ARTICVLVS VII.

De Synagride et Chromi.

TAB. XVIII. *D*e SYNAGRIDE pisce diversae sunt apud Authores opiniones.

TAB. XL. ii. *Theodorus Gaza pro eodem cum*

Synodonte sumit. Massarius et Gellius adeo similes, ut vix discerni queant, volunt. Rondeletius sola aetate